

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
CHRISTOPH.
H E N R I C U S
DE BERGER

COMES PALAT. CAESAR. POTENTI.
POLON. REG. AC ELECT. SAXON. IN SUMM.
PROVOCAT. SENATU CONSILIAS. ANTECES
CURIAE PROVINC. SCABINAT. ET ORDII
JURID. ITEM QVE JUDICII DUCAL. IN
MARCHIONATU INFER. LUSAT.
ASSESSOR

MAGNI MICHAELIS ANGELORU
PRINCIPIS FESTUM
TOTI ACADEMIAE PROSPERRIMUM
ESSE JUBET.

Theol: dogm:
xi. / de Angelis bonis -
158.

Theol. evang.
dogm. 245,16



ivus *Apostolus Paulus* centurionis *Julii*, cui
vincitus erat traditus, & reliquorum viro-
rum, qui navigabant in Italiā, animos de-
missos & oppressos, quibus mare, magnis
tempestatibus commotum, acerbū interi-
tum minabatur, non tantum erexit, verum
etiam, officii sui non immemor, homines
vanos & multis erroribus implicatos in re-

- a) *Aet. 17, 23.* Etam viam reducere conatus est. *Adstitit mihi*, dixit a) *hac no-*
de Angelus Dei, cuius sum ego, & cui deservio &c. *Omnem an-*
b) Hacref. 69. gelum esse Creaturam, teste *Epiphanio*, b) putarunt Ariani, idem
c. 34. p. 758. statuit *Crellius*, c) qui dixit: *Inter se prgnant, esse Angelum* &
c) Vid. Galov. *P. 1. Script. Jehovah.* Hunc nodum vero solverunt Patres: *Hilarius*, d) in, an-
Anti-Socin. gelo, ait, *officii potius, quam naturae intelligentia est.* Lex significa-
p. 129. tionem officii testatur in nuntio, naturae veritatem confirmavit in
d) Lib. 5. de nomine, cum *Deum* dixit; & *Epiphanius*: *Filius pro eo, quod Pa-*
Trinitate S. *tris voluntatem nuntiavit hominibus, magni consilii angelus dicitur,*
iii. p. 860. e- dit. *Paris.* qui *magnum illud consilium mundo significavit.* Angelum vero,
qui apparuit *Paulo*, *Deum creasse*, statuunt omnes interpretes,
e) in Annot. nec dissentit *Gerhardus*, qui, e) *haec dicens verba: ἄγγελος τὸ*
ad cap. 27. οὐαὶ &c. vel intelligenda sunt de angelo creatore, ut *Christo*, vel
Aet. & Tom. posteriora membra non ad angelum, sed ad *Deum*, referenda, re-
8. Locor. de fellit *Pontificiorum* argumentum, quo, putant, probari, angelos
Morte n. 474 religiose colendos esse, & antecedentibus rationibus demon-
stravit satis, se nuntium, ad *Paulum* missum, pro angelo creato
habuisse. Angelus Domini, quem vidit *Hagar*, dixit: *multi-*
f) Gen. 16, plūcabo semen tuum, f) & virtutem divinam sibi adscripsit. An-
7. & 10. gelus vero, a quo nuntium bonum accepit *Paulus*, distinguit se
a *Deo*, cui, ecce, dicens, *donavit tibi Deus omnes, qui navi-*
gant tecum. potestatem homines conservandi unice tribuit. *Paul-*
lus non adulatus est Gentiles, & dixit: *adstitit mihi Daemon,*
quem religiose illi coluerunt, sed adstitit angelus. Res eadem,
si autoritati *Philonis* credendum est, utroque nomine indica-
g) p. 192. e- tur. Nam in libro de *Gigantibus* g) inquit: *ὅντες ἄλλοι φιλόσοφοι*
dit. Paris. *δαίμονας, αὐγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν.* Non improbo Sen-
tentiam *Philonis*, si ad sensum & voluntatem quidem Gentilium,
qui

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

qui daemones bonos & malos statuerunt, minime vero *Mosis*,
qui impietatis omnes condemnavit daemones, horumque natu-
ras, a Gentilibus verbis explicatas, nunquam statuit, loquutus est.
Opinionem *Ludovici Vivis*: *Post Christum natum nomen daemo-*
nis fuit suspectum & odiosum, tanquam rei maleficae atque im-
probae, si nimirum, illud nomen Santos Viros (nam post Chri-
stum natum Gentiles Daemones coluisse, libris Plotini, Procli,
Zamblichi & aliorum demonstratur) ante Christum natum odio
habuisse, inficiatus est, meam non facio. De hac re statuit re-
Etius *Augustinus*, b) *Nos, sicut Scriptura loquitur, secundum*^{b)} Tom. V.
quam Christiani sumus, angelos quidem partim bonos, partim ma-^{Oper.Lib.X.}
los, nunquam vero bonos daemones legimus. Haec tententia di-^{de Civit. Del.}
*splicuit Clerico, i) qui his Pauli verbis: *Quae immolant Genti-*^{Cap. 19. p.}
les, daemonibus immolunt, non Deo. k) se tueri conatus est. Gen-Basil.
*tiles, ait, non semper malis Spiritibus sacra fecerunt, si eorum*ⁱ⁾ in Notis
animus spectatur, & ipsi Ethnici facti sunt, sacrificia non offerri^{Hammondi}
Diis, sed daemonibus. Sacrificantes Deo, ipsi, qui in omnibus re-^{N. T.}^{k)} 1. Cor. 10,
gnat, nihil materiale offeremus, ait Porphyrius; & daemones, quos,^{20.}
teste *Augustino* medias uocant naturas, a Diis distinguunt Gen-
tiles. Sacrificia vero facienda sunt Diis, Deorum filiis & daemo-
nibus, dixit *Ficinus*. l) Pauli autem verba recte interpretatur *Lu-*^{l)} in *Platoni*
therus: Aber ich sage, daß die Heyden, was sie opffern, das^{de Legib.}
opffern sie den Teufeln, und nicht Gott. Autor divinae sen-^{dial. 7.}
tentiae non fuit homo gentilis, cuius verba ad normam reli-
gionis ethnicae debent respondere, sed Vir Dei & Christi Apo-
stolus, qui divino afflato concitatus, Scripturae Sacrae conve-
nienter locutus est. A *Paulo* vero vocantur Daemones, Jupiter
pariter & reliqui, quibus Gentiles sacrificabant, m) אלְילִים n) μητροὶ A&t. 14, 13
Inutilia, sive idola & haec sunt non Dii o) cum his plane con-^{o)} Levit. 19,
veniunt verba Pauli: *Sumus homines, annunciantes vobis, ἀπὸ*^{o)} z. Par. 13,
τέτων τῶν ματάμων ἐπιτεξέφεν ἐπὶ τὸν Θεόν τὸν ζῷα ab his vanis^{9.}
*converti ad Deum verum p) & sequentia. q) *Quae immolant p)* A&t. 14, 13.*
gentes, daemonibus immolant, καὶ τὸν Θεόν & non Deo. Paulus ita q) 1. Cor. 10,
que existimat, Daemones gentilium non esse Deum, sed idolum^{20.}
& οὐδεὶς ἀλιλίμ r) LXX. Interpretes Ἔθυσαν δαιμονίοις, καὶ τὸν Θεόν & Ps. 106,
9. Latin. sacrificarunt Daemonibus. Si Paulus dixisset: Genti-^{r)} Deut. 32,
*les**

les immolant daemonibus, hoc est bonis angelis, & non Deo, orationem suam non ita continuasset: Nolo autem vos socios fieri daemonum. Societatem bonorum angelorum & Christianorum dirimere nunquam conatus est Apostolus, magnam potius gloriam, quam consequuti sunt homines, in civitatem Christi recepti, & in societatem angelorum adiuncti, his praedicavit verbis: Accessistis ad Sion montem, & ad civitatem Dei viventis, Hierusalem coelestem, & multorum milium angelorum frequen-

s) *Hebr. 11, tiam. s)* Paulus vocat bonum nuntium angelum Dei, non quia illum genuit. Dei enim Filius, a Patre genitus, est angelus faciei Domini; t) nec quia illum creavit. Nam Deus est malorum quoque Spirituum, quos angelos suos nunquam vocavit,

s) *Es. 63, 9.* creator potentissimus; multo minus quia ille angelus ex Deo emanavit. Deus enim ex re nulla compositus, non potest par-

s) *Tom. XII. tem a se avulsam emittere; sed suum appellavit angelum, quo- Oper. Tract. niam in pietate, a suo Autore sibi concessa, vitaeque Sanctimonis*

s) *57. p. 365. Vid. Vos- se stabilem & constantem praestitit, eumque, suum ministrum,*

s) *Lib. I. Deus, ad nutum & voluntatem suam se totum convertentem, in- de Orig. Ido. credibili amore complectitur. Sanctus igitur fuit angelus, qui*

s) *lol. p. 55. edit. adstitit Paulo. Fuit angelus iste, ait Salmero u) Pauli custos.*

s) *Francof. & Singulos homines proprios habere daemones ac custodes, op- Petav. L. 3. nati sunt gentiles, x) hos sequuti sunt Cabalistae, qui angelum,*

s) *Dogm. L. 2. de Angel. c. 7. quem Plato custodem, domesticum speculatorum, & singularem*

s) *p. 69. praefectum nuncupavit, וְאַנְגָּלֵל dixerunt. y) Eandem opinionem au-*

s) *y) Vid. Jo- cupati sunt multi Patres z) & Vasquez aa) communis, ait, sententia est*

s) *seph. de Vylin in c. Patrum & Scholasticorum, quam sine gravi temeritatis nota negare*

s) *non licet, & singulis hominibus, cujuscunque qualitatis & condicio-*

s) *balist. R. Ira. nisi sint, singulos angelos ad custodiā deputari. Mariam Vir-*

s) *el Filii R. ginem peculiarem angelum habuisse custodem, negant quidam*

s) *Molis de a- Pontificii, qui putant, illam, omnibus angelis perfectiorem, nul-*

s) *nima p. 275. & lum tueri posse angelum, & beatam Virginem esse dignam mi-*

s) *spfam di- nistris, superioribus angelis, Cherubim aut Seraphim, qui nul-*

s) *sout. c. 4. p. lum, ut opinantur, hominem custodiunt. Istos argumen-*

s) *p. 104. tis refutare conatus est Tostatus, Verborum Christi: Ass-*

s) *vid. Petav. gelī puerorum semper vident faciem Patris in celis, infelix inter-*

s) *1. cit. pres.*

s) *1) Com:*

pres. Nonnulli quoque putarunt, humanam Christi naturam ment. in Par-
angelum habuisse custodem, quod tamen rectius negavit Abu-
lensis Episcopus. Nobis Lutheranis, non est dubium, quin angeli ho-
mines custodian & tueantur; singulos vero angelos singulo-
rum hominum custodes esse, neque auctoritate divina, neque
rationibus comprobatur. Multi sunt angeli, qui jussu divino ho-
minem pium defendunt, Psalm XCI. ii. Magnus angelorum
exercitus erat ad custodiendum Jacobum paratus. Gen. XXXII.
2. Bene Muis in Comment. in Psalm. XXXIV. 8. Circum unum
Elisaeum, numero so Regis Syriae exercitu obfessum, plures visi sunt
equi & currus ignei, 2. Reg. VI. 17. Deus enim salutis suorum
adeo est solitus, ut vel in unius opem interdum mittat multa
angelorum millia, quod vero unus ex illis speciatim curet salu-
tem hominis, angelorum corona cincti, a Sancto Propheta non
dicitur. Noachi filios, Lothum, Agar & Bileamum notitia an-
gelorum instruxisse Gentiles, recte sentit Vossius, virum, autem,
divina luce collustratum, statuisse, singulos angelos singulorum
hominum custodes esse. mihi non persuadeo. Ortus potius a-
nimarum, quas ex coelo emanare, & non nihil a daemonibus
pariter ac heroibus accipere, atque descensus & ascensus, cuius
rei praesides vocabantur olim daemones, ita cohaerent cum of-
ficio daemonis tutelaris, ut magnam superstitionis gentilis par-
tem absolvant. Cabbalistarum error non innitur Voto Eli. bb) bb) 1. Sam. 1,
שָׁלוֹם enim non significat angelum, sed pacem, tranquillitatem, 17.
salutem, felicitatem & reliqua. LXX. Interpretes vocant שָׁלוֹם
eignyn, Petavins, Gorranus cc) & alii putant Jacobum Patriar- cc) in in Blu-
cham suum angelum peculiarem dd) his verbis probasse: Ange- cidat. Act. c.
lus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. הַסְלָאֵג 12. p. 33.
ait Jacobus, & litera נ indicat, se loqui de Angelo plane singu- dd) Genes. 48,
lari, cuius in Historia Jacobi speciatim facta est mentio. Istum
Jacobi custodem fuisse angelum magni consilii, Dei scilicet Fili- 16.
um, demonstravit Cyrus, ee) nomine Elohim Angelo imposito. ee) Lib. 3.
Ecce, ait, Deus nominatur, item operibus & potentia divina, qua Thesaur. c. i.;
praeditus est angelus, Jacobi custos. Jacobum liberavit ab omni
malo. Deus ne, ait Cyrus, ipsum a malis omnibus liberavit,
an aliquis angelorum, qui sunt creati? Jacobus enim malis & cor-

poralibus & spiritualibus fuit expositus. Deus liberator dici-

ff) Genes. 31, tur, Deus Patrum אלהים & אל ff) qui Jacobo pollicitus est
5. 8. 11. custodiam. gg) Ab hoc Deo, non ab angelo, ait recte *Cyrillus*.

gg) Genes. 28, petuit Jacob, metu perterritus, sibi auxilium. hh) Hic angelus,
14.

hh) Gen. 32, dicit Jacob, redemit me, רְנָאֵל: Jure scilicet propinquitatis &
9. interventu pretii me redemit. Recte *Lippomanus*: ii) Hoc lo-

ii) in Cate- quendi modo clarissime Filius Dei mundi generalis redemptor de-
na in Genesin notatur. Ab hoc angelo petit id Jacob, quod in Angeli, Dei

p. 876. ministri, viribus positum non est. Angelum, Dei ministrum, reli-
giose nunquam coluit Patriarcha, ab eo viro, cum quo lucta-
tus est, & a quo benedictionem impetravit, precibus petit, ut
beet pueros, eosque & posteros augeat, defendat & tueatur.

kk) Tom. I. Hinc nulla ratione innituntur, *Tostatus*, qui kk) ait: Deus rede-
Oper in mit Jacobum, & hoc fecit per angelum, reliquique Pontificii,
Comment. qui isti subscribunt, nec non *Grotius*, qui dicit: Post Deum an-
in Genes. p. gelum nominat, ut Dei ministrum. Hanc opinionem fallam &
728.

ii) Vid. Ex- erroneam esse, recte intellexit Thomas: II) Videtur, ait, quod
polit. aure- Deum Patrum suorum vocet angelum & sui protectorem & Sal-
am in Gene- vaterem; Vnum, & postea in singulari dicit. Benedicat pueris
fin p. 118. istis &c. nisi forte angelicam benedictionem divinae benedictioni,
tanquam comministrum, sive subministrum adiungat. Sed modus
loquendi, quem tenet, si bene advertatur, magis sapit primum mo-

mm) Matth. 14m. Opinionem Gentilium his Christi verbis: *Angeli mm) pusil-*
lorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est,
18. defendi putarunt, *Origenes*, *Hieronymus* & *Pontificii*. *Christus*
equidem ait: *Eorum Angeli vident*, minime vero dicit: *Eorum*
angeli, singuli custodes, singulorum angelorum vident. Dice-

nn) Tom. I. re non poterant, ait *Stapletonus nn) Angelus ejus, sed angelus a-*
Oper. Anti- liquis, dicere debebant, si non peculiarem Petri angelum intellige-
dot. Apostol. rent. Si quis diceret: Nemo in fortunas Jesuitarum invadat.

en Act. Apo- stol. c. 11. p. Nam eorum custodes, qui collegium Jesuiticum cingunt, ho-
stibus illorum minantur cladem, tane singulos milites seu custo-
des singulorum Jesuitarum custodes esse, non statueret. Cum
illa verborum Christi interpretatione pugnare videtur respon-
sum, quod olim Christiani servae Petri, in carcerem inclusi, praef-
sentiam illis notam facienti, dederunt; dixerunt enim: ο ἄγγελος

λος αὐτός ἐστι. Christianos, divino afflato concitatos, verba illa Act. 12, 16.
fecile, probent Pontificii. Quidam Theologi putant, Christianos credidisse, angelum corpus assumpsisse, corpori Petri
non dissimile, & apparuisse; existimō vero, opinionem Cabballi-
starum, qui singulorum hominum singulos custodes angelos es-
se, statuunt, multorum hominum animos occupasse, & illa no-
titia fuisse imbutos Christianos, qui dixerunt: *Est ejus angelus.*
Maria virgo fuit peccatrix, cui benevolentiam Dei Christus
conciliavit, ideoque multi procul dubio adfuerunt angeli, ad
mala propulsanda paratissimi. *Homo Christus Jesus*, virtute di-
vina instructus, usus non est angelorum auxilio. Angelus qui-
dem Christi animum, summis calamitatibus oppressum, erexit &
recreavit, & angeli Christi ministri fuerunt semper, nunquam
autem Custodes ejus & defensores. Gentiles fingebant animo
& cogitatione Deos multos, horumque ministros & satellites
vocabant daemones; *Paulus* vero suam confitebatur religionem,
& laudabat Deum tantum unum & cultu religioso unice dignum.
Non enim dicebat: *Ad me accessit Deorum daemon*, sed ἄγ-
γελος τῷ Θεῷ, ὁ εἰμι. *Paulus* non tantum laudabat Deum, naturae
suae causam, non unice Goelem, & Angelum Faciei Domini,
qui suo sanguine omni poena illum liberaverat, fide & civitate
Christianā donaverat, gratiam delictorum omnium fecerat, &
filium sibi adoptaverat, verum etiam Regem, Ecclesiae caput &
Summum Prophetam, qui illum Dei ministrum magnumque A-
postolum constituerat. Hunc religiose colebat & venera-
batur. Dicebat enim φρασίαν. Haec verba non bene inter-
pretatur *Nicolaus Gorranus* 100) *In servio in Evangelio*, hoc e-100) in Eludi-
nim antecedentibus Pauli verbis ὁ εἰμι indicatur. Erat enim cat. Actuum
δελός Ιησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, & λατρεία non actu ministeria-
li absolvitur, sed complectitur totum cultum religiosum, super-
stitioni Gentilium oppositum. Jesuita quidam Paderbornensis
olim putavit, *Paulum* religiose angelum creatum coluisse, &
angelos colendos esse, exemplo *Pauli* probare conatus est; verum
particula φρασίαν cum Deo, non cum angelo componitur. Λατρεία
esse cultum, soli Deo convenientem, non pauci statuerunt Pon-
tificii, qui cultu *Pauli*, a superstitione apertius distincto, invo-
catio-

pp) vid. Af-. cationem angelorum demonstrare nunquam sunt ausi. pp) Ista
selmanni P. vero argumenta, omnium consensu dignissima, vel non legit,
I. Syntagni. pag. 748. sq. vel animo non recte consideravit Paschasius Quesnel, qui Pauli
Gehr. Tom. verba sequentibus, ex versione petitis, sententias illustrare niti-
8. Locor. de tur. Mann chret, ait, qq) die bedienten der Fursten, weil sie
Morte. num. mit ihrer Macht bekleidet sind, und der Canal seyn, durch
474. & in Confess. Cate- welche alles, was zwischen ibnen und dem Volck abzuhandeln
thol. L. 1. P. 1. ist, gebet: und man will es ubel nehmen, dass man die mit der
arric. 10. c. 2. Macht Gottes bekleidete Engel, die Diener seiner Liebe, die
p. 553 ehr. sein VVort zu den Menschen tragen, ehret? Jesuitae Paderbor-
in a nensis argumentum cum novo quidem conjunxit Quesnel. si ve-
qq) Im Neuen ro Lutheranorum scrutatus esset libros, divinis rationibus,
Testament quibus illi veram sententiam tuentur, convictus, cultum quidein
p. 2013. civilem, non vero religiosum, angelis tribuisset. Rex & minister
eius sunt homines, & uterque cultu civili dignus est; Deus ve-
rr) Matth. 4. ro solus religiose colendus est. rr) Recte Quesnel. ss) Gott al-
10. Deut. 6. lein ist recht wurdig, ihn diene, ihn anfere und liebe. Et quo-
13. niam una tantum cultus religiosi est species, cultus religiosus,
ss) Im Neuen quem vocant deAsia, non convenit angelis. Ecclesia Christi,
Testam. p. 16. Cives Academiae nostrae Optimi & Commitiones Dilectissimi, instar
navis est, quae non venti impetu, sed incurSIONE hostium agitatur &
prosternitur. Haec gerit bellum, non cum foedissimis maris mon-
stris, sed eum dracone infernali, hujusque angelis, qui maximo
furore inflammati, Lutheranos, & potissimum Christi ministros,
divinae doctrinae defensores, tristissimis omnibus persequuntur.
Id vero ex bona fide agite, quod Paulum prudenter fecisse, per-
cepistis, doctrinam veram a falsa distinguite, eamque palam ab ho-
stibus defendite, solum Deum colite religiose, & pietatem ve-
stram re ipsa demonstrate, nobiscum ad aram Dei accedite fre-
quentes, & afferte munus Ministris Ecclesiae. Hi omnibus pre-
cibus orabunt Deum, ut Dei angelus vobis sit praesto, &
ab omni calamitate vos defendat & tueatur. P. P.
Festo Michaelis A. O. R. clo 13 ecclxxiii.

WITTEMBERGAE
LITTERIS CHRISTIANI SCROEDERI, ACAD. TYP.